



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXXVII. Sabinen. fideicommissi de Serangelis. De eadem materia,
consil. 21. Oldrad. ejusque limitatione; Et dato progressu substitutionis ad
favorem fœminarum, qualium sit potior conditio, An ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

214 DE FIDEICOMMISSIS
SABINEN.
FIDEICOMMISSI
DE SERANGELIS.

PRO

ALEXANDRO PLANETTO

CVM

CAMILLA ET MARIA DE SERAN-
GELIS.

*Casus decisus per Rotam pro Camilla
& Maria.*

De eadem materia *confil. 12. Oldrad.*
ejusque limitatione; Et dato pro-
gressu substitutionis ad favorem fœ-
minarum, qualium sit potior con-
ditio, An illarum testatoris, vel il-
larum hæreditis gravati.

S V M M A R I V M .

1 **F** Alia series.

2 **R** Resolutio causa.

3 **R** Ratio resolutionis, ex confil. 21. Oldrad.

4 **D** E verbū restricтивis tunc & eo casu, & num. 7

5 **Q** Quales conjecture desideremur pro recessu à dicto
confil. Oldrad.

6 **I**mpugnatur resolutio, & de ratione impugna-
tionis.

7 **D**e dictis verbū tunc & eo casu.

8 **S**i linea posita est in conditione, illa tota ex statuto Vr-
bis censetur vocata.

9 **D**e ratione ob quam resolutio placet, & quod fœmina
hæredis gravati preferantur fœminis testatoris.

D I S C . LXXXVII.

Nicolaus de Serangelis, institutis hæredibus,
Theodořo, Statio, & Polimio eius filiis, per-
petuum reciprocum fideicommissum inter eos, eo-
rumque filios descendentes masculos ordinavit et
iam ultra centesimum gradum, exclusis legitimatis,
& fœminis, quas dotari mandavit cum fructibus,
ne bona, detractionem, vel diminutionem in
sorte principali paterentur, sed perpetuo conserva-
rentur in agnatione & familia; Dictis vero hære-
dibus morientibus absque filiis, vocavit filium ma-
sculum primogenitum Margaritam ejus filiam sub one-
re assumendi cognomen, & insignia, & quatenus
nulli ex dicta Margarita supererent masculi, voca-
vit fœminam primo nuptiarum, cuius vir familiam
testatoris assumeret, & sic successivē durante ejus li-
nea, tam masculina, quam fœminina, qua defacta
mandavit, quod ultimo moriens vocaret sibi proximi-
orem ita pariter familiam renovaturum, plures
tam in dispositiva prædicta, quam occasione prohibi-
bendi alienationem repetita ratione, ac voluntate
perpetuō conservandi bona in agnatione, & familia.

Defecerunt absque prole Theodořo & Statio
unde propere tota hæreditas consolidata fuit
Polimio, ex quo fuerunt superfites, Nicolle
sculus, Camilla & Maria fœmina, defendentes
& Nicolao in pupillari astate, præfato fœmino
duxerunt testatoris familiam affluentes, un-
contra eas dictam hæreditatem possidentes, &
cium instituit coram A. C. Alexander Margarita
filius, sed succubuit, introductaque per applica-
tionem causa in Rota coram Cerro sub die 22. iulij
1662, pro dicti actoris exclusione pariter responsa
sunt neque quod sciam, causa ultiorum prope-
sum habuit.

Dictæ resolutionis Rotalis fundamentum fia-
gula derivata ex nimium celebri, & vulgaris
2. Oldradi, ut substitutio facta sub condicione
sine filio cesseret istis reliquis; Fortius vero contra-
tibus illis verbis restrictive, tunc, & eccl., illa
stitutionem ad eum casum restringentibus, conse-
que alium excludentibus ex collectis per ipsa
quest. 480. num. 3. Gregor. & Adden decif. 477. q.
aliis in hujus causa decisione.

Et quamvis in eadem decisione admittitur
riter recepta, & absolute limitatio ex complicitate
attamen dicitur, illas debere esse necessarias
concludentes, defundendas ex ea parte quæ
de qua agitur, non autem à dispositio in dicta
cedenti fideicommisso, cui omnia dicuntur con-
quativa juxta confil. 626. Decis. num. 7. & 9. &
Surd. confil. 96. n. 10. & 11. Rota decif. 621. &c.
4. recent. tom. 3. cum aliis in eadem decisione
instituatis disc. preced.

Mihi pro actore scribenti non disputo, ut sed
sequitur juxta votum ab initio liberis ipsa dicta
nuatum, ex diverso tamen fundamento, de qua
fra, sed non placuit dicta ratio resolutionis, p
niam attenta dicta facti serie, pro meo judicio
mis claram videbatur, quod veritate in dicta
limitationis potius, quam regula, non attendat
corticem & figuram verborum, sed substantiam
luntatis, ac attento toto contextu testamenti, si
autem illud distinguendo per partes; Potest
præsentim illa nimis clara, & convenientia
ut prorsus improprium, ac inverdibile in esse
rem adeò enīx desiderantem perpetuam confi-
ctionem bonorum in agnatione prius vera, &
ea ficta, seu artificiali, atque non solum in pro-
priisq. linea masculina & feminina distinc-
tia, sed etiam in extraneo per ultimo matrem
eligiendo, cum tota præordinationibus, in
pra, & tamen, quod tota hac machina in her-
ter, ac de facili corrue posset per defecum
conditionis, ut præsentim bene advertitur pri-
tam in Bononiis. fideicom. de Guidatio 24. Jan.
1648. coram Arguelles, & in aliis frequenter, ad-
betur pluries supra in præcedentibus adhuc
dem materiam.

Verbo autem tunc & eo casu solent in aliquæ
federatione haberi, quando alia urgencie de-
dencia, & econverso non adinturgencia in
contrarium, de per se autem ex veriori iudicio con-
solent nimium levis ponderis, ut super his veris
specie advertunt plures collecti per Adden ad
dec. 632. par. 4. recent. tom. 3. num. 105, can. 1.
cateri communiter, ex ea clara ratione, quod
morandum non est in hujusmodi formalizatio-
nibus, quæ frequentius esse solent Notarii,
alterius scriptoris testamenti, sed spectant ad
stantia verisimilis voluntatis.

Onanemque difficultatem in proposito vel

DISCURSUS LXXXVIII.

215

dicebam, quia testator posuit in conditione universam eum lineam, tam masculinam, quam femininam, de qua dictus actor erat, unde propterea in omnem eventum ex isto capite resultare dicebam suam vocationem, ex receptissima propositione, de qua plures in precedentibus, quod ex Statuto Urbis 142. non solum censent vocati filii primi gradus in conditione positi, sed etiam omnes de linea, si sita in conditione posita sit, ut in specie linea in conditione posita habetur per Rotam decis. 424. pars 2. recent. & in Romana, seu Sabina fideicommissi 22. Maii 1656. eoram Dunozezo inter suas decis. 98. & in aliis frequenter.

Difficulitatem verò contra Actorem mihi faciebat existentia dictarum filiarum hæreditis gravata, quas credebam prius vocatas censeri tanquam in conditione positas, & consequenter ex dicto Statuto vocatas, dum quando testator processit ad vocatio nem filiorum Margarita, posuit in conditione filios simpliciter, absque aliqua restrictione sexus, quam adiecit solum in parte dispositiva, in concursu scilicet filiorum, & descendientium masculorum, & donec duraret ratio agnationis vera, qua cessante, dum testator in descendientibus ex femininis familiis renovare voluit, non videtur subesse ratio, cur data equalitate sextis ac rationis, bona in lineam ingressa, ab illa exire debeant, atque transitum facere in aliam diversam, quodque filia, vel forores ultimo morientis, eorumque descendentes excludi debant per remotos, qui in substitutionibus protrahit in remotum tempus de tempore facti causis possunt esse effecti omnino extranei; Potissimum quia testator non habuit aliquam particularem affectionem ad unam feminam magis, quam ad aliam, sed solum respectit ad dictum finem ab ipso volitum, ut ita in earum viris, vel filiis respective familia aristocratis renovaretur, atque istud videbatur magis probabile, ac solidum fundatum; ideoque placuit resolutionis, sed non placuit ratio, quoniam ea posita, esset dare expirationem fideicommissi, ac libertatem bonorum transmissibilium etiam ad extraneos hæredes quorum iure ita dicta feminax convenia in decisione considerantur, quod nimis de directo testatoris voluntati adversari videtur.

PERUSINA FIDEICOMMISSI DE CORRADIS

PRO

CORRADIS

CVI

ANTONIO BASSO

Casus variè decisus per Rotam.

De substitutione concepta sub condizione *sine filiis*, cui adjiciatur altera, Et ab intestato per copulam, An ista

intelligenda sit copulativa, vel potius alternativa; Et quando quis dicitur defunctus ab intestato, etiam si testamentum considerit; Et aliqua de fideicommisso in casu alienationis.

S U M M A R I V M.

- 1 F Ati series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 Quod ad faciendum deficere conditionem si ab intestato sufficiat testamentum, licet ex eo non audeatur hereditas.
- 4 Vbi duplex conditio adjicitur utraque purificari debet.
- 5 Etiam si per alternativam adiecta sit, quia resolutus in copulam.
- 6 Reprobatur conclusio, de qua numer. 3. Et quod idem sit mori ab intestato & cum testamento non adiuta hereditate.
- 7 Reprobarunt Ruini. & Alciat.
- 8 Quid non sit deferendum Consulentibus.
- 9 De probatione filiationis.
- 10 In casu fideicommissi ob alienationem non curatur, quod filii superveniant.
- 11 De duplice fideicommisso in casu alienationis, uno penali & altero conditionali, & de differentia inter unum & alterum.

D I S C . LXXXVI II.

Ludovicus de Corradis, institutus hæredibus Marco Antonio, & Fulvio ex fratre nepotibus, eis absque filiis, & ab intestato morientibus, substituit Corradum agnatum, ejusque filios, eadem substitutione adiecta in casu alienationis; Cumque obiisse prius Marcus Antonius absque filiis, & ab intestato, deinde verò obiisse Fulvius condito testamento, in quo hæredem scriptis, quendam Gratianum extraneum, qui hæreditatem non adivit, ambo autem in vita quendam bona alienassent; Hinc sequuta postmodum morte dicti Corradi, Joannes Paulus, & Horatius ejus filii iudicium instituerunt contra possessores honorum, ex duplice fideicommisso, Uno scilicet universalis restitutorio aperto per mortem, Altero verò particulari ex causa alienationis ad ipsa bona alienata; Et introducta causa in Rotam eoram Verospio sub die 27. Maii 1661. contra Actores prodit resolutionis in utroque fideicommisso, in universalis scilicet ob non purificatam utramque conditionem mortis absque filiis, & ab intestato, dum ultimo moriens condidit testamentum; Et in particulari, ex eo quod Corradus substitutus donec vixit caducitatem non declaravit, unde propterea eam remissile conferetur; Concessa verò nova audiencia sub die 13. Martii 1662. recedendo à decisis, respondit fuit pro Actoribus super purificatione, ac pertinentia fideicommissi universalis tantum, ob purificatam etiam dictam intestati conditionem, non obstante testamento, dum eius vigore hæreditas adita non fuit; Benè etiam in hac secunda decisione canonizando auctorum filiationem legitimam, & naturalem per reum conventum impugnatam, unde propterea agnoscent idem reus solidata esse hujus secundæ resolutionis fundamenta circa dictum punctum, convolavit ad alterum motuum, quod idem Fulvius obiisse superstite quodam

LUCA
e
mentis
cat.
VI